



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. De Legibus & Statutis Civilibus, quæ adversantur immunitati  
Ecclesiasticæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

directi manent c. 6. & 7. de foro com-  
pet. vel nisi lex Civilis disponat quidem  
specificè de bonis aut personis Ecclesia-  
sticis, nihil tamen præcipiat, aut prohi-  
beat, sed merum favorem, seu Privile-  
gium Clericis aut Personis Ecclesiasticis  
concedat; neque enim dans privilegium  
ullam jurisdictionem in privilegiatum ex-  
ercet, cum possint enim extraneis,  
non subditis dari privilegia.

*Resp. II.* Quòd, si Lex Civilis aut sta-  
tutum Magistratùs secularis in genere  
tantum præcipiat aliquid, aut prohibeat,  
nullam in specie mentionem faciendo  
Personarum aut rerum Ecclesiasticarum,  
non comprehendantur personæ tales aut  
earum bona in præjudicium earum, ver-  
ba enim generalia legis talis, ut vim su-  
am habeant, & justæ leges tales dicantur,  
restringenda sunt ad limites potestatis  
statuentis, ut non comprehendant, nisi  
subditos.

*Resp. III.* Quæ verò Leges Civiles,  
aut statuta Magistratùs secularis ob pu-  
blicam R eipublicæ utilitatem in commu-  
nitate sunt, circa materiam tam Cleri-  
cis quàm Laicis communem (quales sunt,  
materiæ contractuum, testamentorum,  
judiciorum &c.) nec SS. Canonibus re-  
pugnant, aut statum Clericalem dede-  
cent, etiã à Clericis & Personis Eccle-  
siasticis observari debent; non quidem  
quasi directè illis legibus, ut à Laico Ma-  
gistratu laici obligentur, aut quòd obli-  
gentur quoad vim coactivam (cum de-  
sit in legem talem ferente respectu ha-  
rum personarum, tam ad cogendum,  
quàm obligandum directè jurisdictione)  
sed quòd illis obligentur, quoad vim di-  
rectivam, saltem indirectè, vel quòd

æquitas naturalis exigat, ut aliis ejus-  
dem Communitatis membris pro bono  
publico circa talem materiam confor-  
mentur.

## S E C T I O II.

*De Legibus seu Constitutio-  
nibus reprobatas seu prohibitis  
jure Canonico.*

## §. I.

*De Legibus & Statutis Civilibus,  
quæ adversantur immunitati Eccle-  
siastica.*

**R***Esp. I.* Injustas eas esse, & irritas, de  
utroque jure, sive directè sive indi-  
rectè immunitati Ecclesiarum, aut Per-  
sonarum Ecclesiasticarum, earumque re-  
bus præjudicentur, merum onus v. g. aut  
gravamen imponendo, aut juri acquisito  
earum derogando. c. 7. & 10. h. t. c. no-  
verit. 49. c. gravamen 53. de sent. exco. l.  
placet. 5. l. privilegia. 12. authent. cassa.  
Codice de SS. Ecclesiis. Videatur Bulla Ur-  
ban. VIII. edita. 1641. die 23. Decemb. quæ  
incipit, Romanus Pontifex, & extat in  
Bullario Romano Tom. 4. Constit. 159.

*Resp. II.* In specie tales leges iniquas  
& irritas enumerari illas, 1. quæ feruntur  
de solvendis, ac præstandis vectigalibus,  
angariis, collectis, & similibus exactio-  
nibus, si ad Clericos aut Personas Eccle-  
siasticas extendantur c. non minus. 4. & c.  
adversus. 7. de immunitate Ecclesiarum.  
c. 1. & 3. eodem in 6. c. quamquam. 4. de  
consibus in 6. 2. Per quas sunt tribu-  
taria prædia Ecclesiarum & Clericorum.  
3. Per quas gravantur Personæ Ecclesia-  
sticæ



sticæ, si migrent de uno loco in alium, & jubeantur, partem aliquam bonorum, quæ secum deferunt, fisco, vel communirati solvere; aut ex relictis ad piam causâ publicæ fabricæ solvere aliquid. 4. Per quas ingredienti Religionem aliquam à successione hæreditaria excluduntur, vel jubentur parte aliqua hæreditatis, aut usufructu ad dies vitæ esse contenti. 5. Per quas res immobiles triennio præscriptibiles fiunt, si ad personas Ecclesiasticas, & res illarum immobiles lex talis extendatur. 6. Denique per quas redduntur personæ aliquæ ad contrahendum &c. ad testandum & donandum inhabiles in pœnam v. g. delicti alicujus, vel ab ipsis, vel ab eorum majoribus commissi, ita ut velint, personas etiam Ecclesiasticas legibus his comprehendere &c. His enim & similibus legibus, si ad personas etiam Ecclesiasticas extendatur, graviter præjudicatur immunitati Ecclesiasticæ, contra talia à secularibus imposita onera privilegiata, & consequenter iniquæ illæ sunt, & nullæ, in quantum ad tales personas & res extenduntur.

## §. II.

*An Lex Civilis vel Statutum Principis, vel Magistratus secularis, prohibens quovis modo alienari bona immobilia in Ecclesias vel Personas Ecclesiasticas sit validum & licitum?*

**R**esp. I. Prohiberi statutum tale, vel legem talem, sub pœna excommunicationis, si specificè & expressè prohibeat, ne bona talia immobilia à subditis vendantur, aut doneantur Ecclesiis, aut Personis Ecclesiasticis, aut alio modo in illas alienentur, prout satis clarè colligitur *exc. ult. de immunit. Ecclæ. in 6.* Ubi pœ-

næ excommunicationis subjiciuntur illi sæculares Magistratus, qui suis subditis prohibent, ne quidquam vendant Ecclesiasticis, ita ut, si non ex verbis textûs, ex mente tamen & intentione legislatoris, quæ anima legis est, rectè dicatur, sub pœna excommunicationis prohibita Lex vel statutum talia talibus vendi prohibens, cum talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ, ut ait Pontifex, præsumantur sive attententur, certè jus naturæ concedit personis Ecclesiasticis, quod possint (cæteris paribus) à quibuscunque bona immobilia emere vel acquirere &c. ergo si prohibita sint illa statuta, quibus aliquid illis personis adimitur, quod jure communi positivo concessum illis est, uti patet ex variis juribus, multò magis prohibita erunt illa statuta, quibus ea ipsis jura adimuntur, quæ de jure naturæ competunt: & quamvis quilibet privatus prohibere possit, ne res sua, cujus plenum dominium habet, taliter in Ecclesiam v. g. transferatur, cum de re sua, cujus est Dominus proprietatis, pro suo libitu disponere possit, non potest tamen talem prohibitionem facere Magistratus secularis, circa bona suorum subditorum, cum penes illum sit tantum Dominium jurisdictionis, vi cujus circa subditos statuere aliquid potest, non tamen circa personas non subjectas.

**R**esp. II. Non tantum dicto modo prohibita esse statuta talia & leges, sed etiam irrita & nulla; prout etiam illa statuta nulla sunt in ordine ad personas Ecclesiasticas, quæ nihil quidem in specie de personis Ecclesiasticis statuunt, in genere tamen prohibent, ne talia in extraneos v. g. & non subditos jurisdictioni statuen-